



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xiii. De eo qui cognouit consanguinea[m] vxoris sue, vel sponsæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

quoque matrimonium efficax contrahitor.

Sed & inter baptisatum & baptisantis filiam ^{8. Ex lite ris.} idem impedimentum esto.

Duo tamen duum compatrum filii, quorum ^{1. Vtrum. 3. Super eo} neuter compaternitati causam duit (ni loci cō-
suetudo obsistet) licitè contrahunto.

Alioquin si alter causam duit: ne contrahun- ^{7. tua nos}
to, si faxint: separantor. qui contractum scierint
ecclesiæ nunciato.

Hæc quoad baptismum. Per catechismum <sup>5. Contra-
cto.</sup> autem contracta compaternitas matrimonium
quidem contrahendum impedito, contractum
ne dirimito.

Huic legalis cognatio proxuma esto. in qua <sup>c. Vni. de
cognat. le-
g. 2.</sup> hoc seruatur. Si qua mihi per adoptionem soror
esse cœpsit: quandiu durat adoptio, inter me &
eam nubtiæ ne consistunto.

De eo qui cognouit consanguineam uxoris suæ, vel sponsæ. Tit. I 3.

QVI illam, cuius antea consanguineam, <sup>7. Frater
nitati.</sup> quanuis adhuc septennem, contractis
sponsalibus extraordinaria libidine polluit, ma-
trimonio conlocabit, ab ea separator.

Quod si sponsæ suæ consanguineam co- ^{2. Veniens}
gnouit, sponsam non cognouit: olli pœni-
tencia maior quàm pro adulterio inrogator.
Cum alia certè contrahere valet. Sin & spon-
sam cognouit: nec eam nec aliam vnquam
ducito.

De eo qui cog. confan. vxor. &c.

8. *Ex lite* Sed & si quis puellæ, quam etiam impube-
ris. 9. rem desponsasset, cōsanguineam, veluti matrem,
Veniēs. postea & puellam ipsam adultam cognorit: pe-
ij. niteto. ab eadem (si modò materni peccati cō-
scia olli commista fiet) separator. Is, & mater
(maximè si de lapsu carnis haud timebitur) pe-
petuum cœlibatum seruant.
1. *Si quis.* Sic & qui cum priuigna sciens prudens rem
habesit, nec à matre coniugale debitum exigito,
nec filiam vnquam ducere valeto. Sed nec
ipsum, nec priuigna vllum vnquam matrimo-
nium contrahunto.
4. *Trans-* Si tamen incæstuosus huiusmodi reapse ma-
missa. trimonium contraxerit: teneto. at vxori necella-
ria subministrans olli debitum exigenti reddito,
non exigito. sed & tunc ad eam cum dolore ac-
cedito. quandiu cum ea viuet, de scelere peni-
teto. si superuiuet: ex spes coniugii esto.
10. *Tue.* Ad finitas verò post matrimonium iniquè
11. *Iordane* contracta olli qui iniquitatis particeps non fiet
ne noceto. si ad continendum induci nequibit
ei debitum coniugale redditor.
6. *Discre-* Immo nec matrimonium nondum consum-
tionem. matum superueniens ad finitas dissoluito.
5. *Super eo* Multò fortiùs bene contractum matrimo-
nium ad solam confessionem coniugum ad fini-
tatem præcessisse dicentium (etiam si volgi fa-
ma consentiet) ne separator.
3. *De illo.* Atque adeo qui se vxorem fratris antequam
olli nuberet cognouisse dicet, ni notorium fiet,
aut testibus probabitur, matrimonium fratris
eius ergò ne impetito.